

nam non habuit. Vig tandem voti compos, acie cum Edo- vardo confliens, sed multitudine hostium superata, capitur, & amissio filio, a suis redempta, in Gallia morte perit. Po- lyb. l. 23. c. 24.

Blancha Hispana, Ludovici Francorum Regis uxor, D. Ludovi- ci mater summam rerum, suprema mariti voluntate deman- data, rexit. Divo filio annu vix agente duodecim Raimundum Tolosatum comitem, quem summi duces non per- dederant, imperata facere coegit. Proceres, regimine re- rum se excludi molente ferentes, ad officium armis redigunt, An- glos acie vicit. Emil. 17.

Neapolitanorum Regi Roberto due erant nepes ex Carolo filio Florentie Domino vivente patre defuncto: & Carolo Martello, Roberti germano, Ungarie Regi, paulo ante mor- tuo, filius Carolus erat, cui viventi, & patri defuncto superstiti- bus manserant Ludovicus, & Andreas. Moriens Robertus, ann. Sal. 1246. testamento ordinavit, ut Joanna filia Andream con- sors suam ex Hungaria venientem virum acciperet: atque ita factum est. Sed Joanna focodem exosa virum in Aversa urbe necari curavit, & alteri confobrinu nuptis, Ludovicu Tarenti principi, olim Philippi filio, qui Roberti frater fuit. Ludovic. Rex Hungarie cum exercitu Italiam petit, & Sulmone rece- pit, Apenninum transgressus, omni regno facile est potius. Joanna, & adulter fuga sibi consuluerunt, Provinciam pen- tentes relicto ad regni custodiam Duce Dyrrachino, Comitris Gravinensis Regis Roberti germani filio, quem Ludovicus re- pugnantem ausum, praelio superatum, captumque supplicio af- fecit. Sed fevillima peste grassante, Ludovicus praelio in Hungariam tertio mense reversus est. Clemens paxem inter Hungarum Regem, Joannamque hoc modo constituit, ut Joanna regio usa titulo restitueretur: Ludovicus Tarentini principatus titulo, five maritus, five adulter, apud Joannam uteretur. Sed non multo post Clemens Ludovicum corona donavit, & paxem cum Hungaro renovavit, & a Joanna re- gina Avenionem, qua sui patrimonii erat, in venditionem accepit, precieque dissoluta permutata est in pecuniam feudi, quam Joanna pridem coronata pro regno promiserat. Blond. l. 10. Dec. 2.

Galeatio Maria Sforcia Mediolani a conjuratis interfecto, Bona vidua, Joann. Galeatii adhuc pueri mater, imperium ad- ministrabat, Francisci Simoneta Calabri hominis prudentissimi consilii. Hic cum Ludovico Sforcia pueri patruo, & idcirco Reip. administrationem ad se deferri petente, simulatas C. exeretens, Bonae persuasit, ut Senatus decreto interposito illum extra urbem cum Octaviano fratre, & Ascanio, ablegandum curaret. Exules cum armis patriam, atque adeo principatum repetere conarentur, Bona ancipiti percussa metu Antonii Tassini Ferrarientis Cubicularii sui, quem forma illi concilia- tum, quidam suspicabantur, suasu, Ludovicum cum fratribus revocavit. Sperabat n. Tassinus, dejecto Simoneta, facile se principem locum apud Ludovicum obtenturum. At Simoneta cum impendentem sibi calamitatem ab exilium reditu prospice- ret, Tassino pradiisse fertur, Ludovicum, & Ascanium im- petrato reditu sibi quidem certum exitum, sed minime dubium ei ignominiam, atque exilium allaturos. Nec falsus fuit vates. Nam Simoneta securi percussus est, Tassinus ob recens bene- ficium vita donatus, ob vetus odium in exilium pulsus est. Id Bona princeps cum peractum contumelie sue causa egerimie ferret, irata Ludovico, & filii tutelam, qui illi erat praece futu- rus, & principatus procuracionem reliquit, atque ex Insulibus discessit. Brutus l. 7. Histor. Flor.

Margarita Valdemari Danorum Regis F. Haquini Norve- giorum uxor, mortuo patre, & marito, Danie, & Nor- vegiae regina creata, victo Alberto Sueonum Rege, etiam Suecorum regnum inivit, quibus postea Ericum Pomerianae Ducem suum ex forte nepotem praefecit. Hanc Dani ut deam aliquam venerantur, Sueones inftar demonis detestantur. Anno Christi 1412. post constitutam cum Holfatis pacem, cum in Daniam navigaret, contracta ex marino fectore nau- sea, antequam navi egredieretur, occubuit. Jo. Magnus l. 19. c. 20. Crantz. l. 5. Societ. c. 35.

Formosi. Vide Tit. Formosorum.

Robusti. Vide Tit. Robustorum. Item, Regum fortium FORTUNAS. Quo ad OPULENTIAM.

Congre-

Divites. Consule Tit. Reges divites. Illic Opum, hic Magistra- tus habetur ratio.

Ptolomaeum Philadelphum, Aegypti Regem, narrant ha- buisse peditum ducenta millia, equitum viginti millia, cur- rum vero duo millia, elephantos, quos primus eduxit ex Aethiopia, quingentes. Naves longas, quas liburnas vocant, mille quingentas, alias ad cibaria militum deportan- da mille: auri quoque, & argenti gradus pondus, ita ut de Aegyptio per singulos annos xiv. millia & 80. talenta argenti acceperit, & frumenti arthabas (quae mensura tres modios, & tertiam modii partem habet) quinquies, & decies centena mil- lia. Hier. in Dan. c. 11.

Pauperes. Vide Tit. Reges pauperes. PATRIAM, MAGISTRATUS Eiusdem gentis.

Omnes REGES, qui post cladem a Saracenis, caelo Roderico ultimo Gothorum Rege, Hispanie illatam, orti sunt, ex trunco, atque stipite Regum Hispaniae, quos nunc Reges Castellae appellamus, descendere, nonnulli tamen remotius, aliqui propinquius. Quin immo ab eadem domo, eademque familia, & eodem Gothorum genere, sine aliqua extranea familia, ac stirpis interpellatione, continuata est successio. Cui nihil si- mile in Europa reperias, regnum felicit solium tandem sub eadem familia, & sine interpositione alterius continuatum. Et licet plerumque inter eodem Hispaniae Reges certatum sit, nun- quam tamen ad extraneam familiam principatus devenit. Rodericus Santius par. 1. biff. Hist. c. 16.

Persegrini. M. Perpennam, natione Graecum, Romae consulatum esse adeptum, ac de Aristonico Gallorum Rege triumphasse, Val. Max. auctor est. Europ. tamen l. 4. tradit, Aristonico ab Per- penna vidum in carcere Senatus iussu strangulatum: quia, in- quit, triumphari de eo non poterat: nam Perpenna apud Per- gamum Romam rediens diem obiit.

L. Cornelium Balbum Gaditanum Romae Consulatum fuisse, Augusto, M. Antonio, Lepido & Republicam geren- tibus prodidit Dion: additque, eum divitiis, & magnificen- tia praecelluisse, adeo ut populo Romano vicenas quin- as drachmas moriens reliquerit. Primus omnium exter- norum triumphum honorem, omnibus aliis praeterquam Ro- manis denegatum, viciis Garamanibus adeptus est. Plin. l. 5. c. 5. c. 17. c. 43.

Ventidium Basilum, Picentem genere, loco humili, de Par- this, quos tribus fuderat praelis, primum omnium triumphasse, auctor Tranquillus est l. 5. in Noctibus Atticis repetit Geli- us. Caelius l. 13. c. 8. A. L.

Cum Tusculanorum consul esset L. Fulvius, atque pro eis multa praecleara gessisset, Romam transivit: atque eo ipso anno Romae consul factus, Tusculanorum praelio devicit, ac de eis triumphavit. Solus Romae, ac primus, qui civitate donatus, & consul factus esset, ac triumpharet eo ipso anno, quo ho- stium dux fuisset. Fulg. l. c. 16.

Trajanus, patre Trajano genitus, viro consulari, & familia antiqua, Italica in Hispania, primus Caesarum peregrinus fuit. Sextus Aurelius ex urbe Tudertina natus scribit. Cusp. MAGISTRATUS, ET IMPERII XPHEIΣ, respectu Personarum aliarum.

Puti respectu ANTECESSORUM. Primi.

Aristobulus filius Jonathae, Rex pariter, & Pontifex, primus apud Judaeos diadematis fuisse: post cccc. LXXXIV. H. annos Babyloica captivitas, ex quo Nabuchodonosor po- pulum in Chaldaeam transtulit. Eusebius.

Ultimi.

Collegiarum, in quibus desecerunt. COLLEGARUM, QUI CUM collegis, vel abique collegis Rempubl. administraverit.

Huc refer Tit. Socios in imperio, ferre, vel non ferre. Cn. Pompejus Magnus, eques Romanus, proconsul in Hispaniam adversus Sertorium, pari imperio, cum Pio Me- tello principe civitatis, missus est. Nondum ullum honorem auspicias, bis triumphavit. Initia magistratum ad summo imperio coepit, tertium consulatum decreto Senatus solus gel- sit. Val. l. 8. c. 16.

Congre-

Congregato in comitiis populo, ut Mithridatico bello Cn. Pompejus praetor crearetur, cum Rolsius moneret populum, ut alium eligeret, ac comitem ei Pompejum daret, digito eum designans, ut qui audiendi facultatem in tumultu non habebant, digito, qui designabatur, intelligeret: arbitratus Pompeii maiestate laedi populus, si comes fieret, indignatione uni- versus est motus, sublatoque in tam magnitudinem clamore, ut supervolantes corvi in populum attoniti caderent, non ante comitiis discessit, quam uni Pompejo praetura decerneretur. Fulg. l. 2. c. 5.

Cum in diversis mundi partibus undique surgent tyranni, in Gallis, Britannia, Aegypto, ac Italia, Diocletianus Imp. ani- madvertens consorte imperii opus esse, Maximianum legit, & cum illo imperii habenas aequo iure mira concordia gubernavit, ut eadem semper cogitarent, eadem facerent, nunquam alteri alter repugnaret. Obtemperavit enim Maximianus. Diocle- tianum tanquam filium patri, ac minor majori, nec unquam ejus voluntati resistit. Diocletianus Jovis, Maximianus Herculi cognomen assumpsit, quasi filii Jovis, hic Hercules esset. suc- cessor. Diocletianus aurei saeculi parens, Maximianus ferrei dictus est. Gallia pacata, subacta Aegypto, cum undique ite- rum nova nascerentur bella, & in Oriente per Narseum, in

Britannia per Carausium, per Julianum turbaretur Italia, & ambo Augusti duos sibi adoptaverit Caesares: Diocletianus Galerium Maximianum, quem cognomen Armentarium Aurclius Sextus vocat: Maximianus Constantium cognomine Chloron, & post se imperio abdicaverit. Cusp.

Ab initio Licinius a Galerio Maximiano ad optatus pulchre eum Constantium Magno confisit. Una eademque sententia legem statuerunt, quae Deum Christianorum summis laudibus ubique venerandum, colendumque decreverunt. Verum supe- rato Maximiano Orientis praefecto videtur elatus Licinius, Constantium contemnere cepit, quamvis ejus forem Constantium matrimonio haberet, Christianos omnes et palatio, atque exercitui suo abegit, & palam in eos deservit, adulteris, & stupris oblectatus, avaritia insatiabilis, census novos exi- gendos, ac tributa, agros cultoribus vacuos reliquit. Jure igitur Constantinus, contra Licinium vires Gallicanas, & Italicas collegit. In Pannonia vires Licinius concessit in Macedo- niam. Ibi reparantem fecit Constantinus fudit, & in Thra- ciam fugavit. Tandem in Bithynia, ablati jam ei Byzanti- um, ac Chrysolopi, adegit Licinium pacta salute indumen- tum Regium offerre, pro uxore. Deditorem proinde Ni- comedia fecit, missuque est Theofalonien, ubi privatus vi- vere. Constantia ad fratrem supplex venit: & primum pro imperio mariti, tum pro titulo tantum, devotissime oravit.

Cum neutrum a sequeretur, pro salute mariti precata, animum flexit frater. Justus est igitur, sine purpura, & insigni- bus ad Constantinum venire. Interea Imperator ad Sena- tum retulit, quid de Licinio agendum esset. Senatores referre- runt, ut id milites decernerent. Hi proficicentem Serras Licinium inesse fecerunt. Item.

Constantianus Magnus ante Licinii eadem Caesares tres fecit, cum ille privatus viveret: Crispum ex Minerva, concu- bina susceptum, & Constantinum, ex Faustula conjugis Maxi- miani Herculei F. iisdem diebus oppido Arelatensi natum: & Licinium Juniores, fororis Constantiae, & Licinii filium memem ferre xx. Idem.

Constantianus Magnus ante Licinii eadem Caesares tres fecit, cum ille privatus viveret: Crispum ex Minerva, concu- bina susceptum, & Constantinum, ex Faustula conjugis Maxi- miani Herculei F. iisdem diebus oppido Arelatensi natum: & Licinium Juniores, fororis Constantiae, & Licinii filium memem ferre xx. Idem.

Constantianus Magnus ante Licinii eadem Caesares tres fecit, cum ille privatus viveret: Crispum ex Minerva, concu- bina susceptum, & Constantinum, ex Faustula conjugis Maxi- miani Herculei F. iisdem diebus oppido Arelatensi natum: & Licinium Juniores, fororis Constantiae, & Licinii filium memem ferre xx. Idem.

SUCCESSORUM. Similium.

Ex Tit. Filii parentibus similes, hac exempla quadam offerri possunt. Dissimilium.

Illud usu venire solet, ut sceleratissimum tyrannum sequat- ur justissimus princeps. Quorum enim exitus perhorrescunt, eorum vitam imitari turpe, ac periculosum ducunt. Itaque Ne- ronem Galba princeps optimus secutus est. Nerva Domitia- num, Alexander Helioabulum, Pertinax Commodum, Gor- dianus Maximinum. I. Bodin. c. 1. met. biff.

Belisarius videt, captoque Viage Gothorum Rege a Justi- niano Imp. contra Persas revocatus, Italiam Bessae, Joanni, Vitali, & Constantiano administrandam commisit. Praefecti in- ter in omnia ad privatam utilitatem referre, subjectos libidini militari permittere, nec milites dicto audientes habere. Ale- xander insuper a Justiniano missus, Italos falsis questionibus de pecunia regia, & adversa, & fraudibus in Theodericum Regem commissis implicavit, ac militum labores etiam maxi-

mos pramiis exilibus compensavit. Quo factum est, ut brevi Italos Imperatori infensos reddiderit, ac milites a periculo in bello subeundis averterit. Itaque cum odii erga Imperatorem certarent, Gothi occasione crederent dederit. Proinde Ildo- baldus, quem Gothi Vitiugi subfiterentur, auxilia omnia in unum contrahere cepit. Eo caelo per dolum a suis, Tolas ejus nepos tantum Romanis negotii exhibuit, ut vix tandem e Nar- sete superari potuerit. Sigon. l. 8. Imp. occid.

EXTERORUM. An Exteri ad Magistratum adfiscendi, an verò re- movendi, quaeritur ex proposito Lib. V. hujus Operis in Loco de Exteris.

MAGISTRATUS IMPERII XPHEIΣ, considerata respectu TEMPORIS. PER SE. MAGISTRATUS. Diuturnus.

Vide Catalogum Regum, ubi annos imperii eujusque annotavimus.

Mafinissa Rex Africanorum, qui amicitiam cum Romanis retinuit, annos nonaginta in vigore vixit, sexaginta imperavit. Diod. l. 32. Is. Val. l. 8. c. 14.

Mirum in Augusto videri potest, quod cum primus fuerit, qui Imperatoris nomen, atque titulum sibi sumpsisset, lex ac quinquaginta annos imperium rexit, & post eum, in tanto numero veterum Imperatorum nullus (quamquam in eis aliqui tenera adhuc aetate ad eum honorem ascendissent) in admini- stratione eum annorum numerum implevit, est inter recentiores quidam prope accesserit. Ful. l. 8. c. 14.

Theodericus Gothorum Rex Italiae imperio potius, vix tam feliciter est terram ipsam adeptus, quam pacate postea annos 19. & amplius possedit. Sabel. l. 7. c. 7.

GULIELMUS Tuttevilanus Cardinalis Rhotomagensis xxxviii. annis sub galero vixit octogonarius. Obiit anno Sal. 1485. Garimbert. l. 5. de vitiis Pontificum.

Brevis. Ex Catalogo Pontificum, Is Regum huc quadam.

Dionysius Alexandrum Pheraem, quod decem menses potius imperio, mox vita decessit, reperit in Caesare dicit. Nam in tragediis tantisper durat imperium, dum fabula peragatur: tum deposita persona, qui paulo ante fuerat Agamemnon, aut etiam Jupiter, tres menses hominum discedit domum. Erat.

Mortuo Romulo, cum Romani, & Sabini de Rege eligen- do differrent, ne suspensa sine imperio Res, discordia omnia miseret, compararunt inter se centum quinquaginta Patres, ut loco Quirini singuli vicissim cum insignibus imperii solemniter obirent, & jus dicerent senis horis nocturnis, & senis diurnis. Haec temporis utriusque distribu- tio ad aequalitatem recte comparata magistratibus videbatur, & vicissitudo summi imperii, ne id in oculis plebis incurreret, efficere, cum eundem conspicerent eodem die, & nocte privatum ex Rege factum. Forma ea imperii apud Rom. Interregnum appellata. Ceterum cum neque isti obtre- dationem, & murmur populi vitare possent, tanquam sum- mam rerum ad paucorum arbitrium trahentes, & Rempubl. ad nunc suum converentes: ad Regem creandum consense- re. Plut. in Numa.

Cum Maximus consul decessisset, in diem unam magistratus reliquam consulem creavit Caesar dictator Caminium Rebilium. Ad quem de more salutandum, & prosequendum malis contendentibus: Cicero, maturemus, inquit, priusquam ille abeat magistrau. Plut. in Caesare. Item, Consulem habuimus vigilantissimum, & fortissimum, qui in toto suo consulatu somnum non vidit. Dion. in Caesare. Item, Consul- em habuimus tam severum, tamque censorium, ut in ejus. H. magistratu nemo pransus sit, nemo cenaverit, nemo dormie- rit. Cusp. in Consulibus.

Cicero in Vatinius, qui uno die consul fuit, ita jocosus est: Vatinius anno magnum ostentum fuit, quod eo consule nec bruma, nec ver, nec aestas, nec autumnus fuisset: nam his totus annus distinguitur. Cum morbo laboraret, & eo nomi- ne in Ciceronem in vereretur, quod agrotantem non accessisset: Volebam, inquit, Cicero, in tuo venire consulatu, sed me nox occupavit. Macrobi. l. 2. c. 2. Saturn. Ad eum congru- tandi, ac associandi gratia pluribus euntibus: Maturemus, inquit, ut hominem ante sui consulatus exitum praeveneriamus. Idem Curioni l. 8. Epist. sic scribit: Caninio consule, scito ne- minem praesidisse. Nihil tamen eo consule mali factum est. Fuit enim mirifica vigilantia, qui toto suo consulatu som- num non viderit.

Sub

Sub Galieno Imp. Marius tyrannus, ut scribit Trebell. Pol. ... una die factus est Imperator, altera visus imperare, tertia interemptus est.

M. Votacilius Nicholaus in C. Servilium, qui uno tantum die consul fuit, ita lufit: Ante flamines, nunc consules diales sunt, abusus est voce, Diales: quasi a die deducta sint, ac non magis a Jove, cui flamines instituebantur.

Nerone sequentes tres principes, Galba, Otho, Vitellius, recte ab Appollonio Tyaneo Thebani Imperatores dicuntur: quod sicut Thebani brevi admodum tempore Gracia tenuerunt principatum, ita isti paucis mensibus Romae imperaverant, tanquam Tragediarum tyranni personam mutant, quae invicem eliserunt, sicut clavi clavos excutiunt. Cuffin.

Interfecto Aureliano, ex Anniorum familia, duo principes, quasi quidam interreges inter Aurelianium, & Probum, P. Annius Tacitus sex mensibus, frater M. Annius Florianus vix duobus imperavit. Quibus duae statuae marmorae intermariae in patrio solo locatae fuerunt: sed fulmine disiectae perierunt. Idem.

Theodosius III. Imp. humaniss. cum vix anni spatium imperium tenuisset, a Leone III. dejectus est. Idem.

Valentinus I. Pontifex sanctissimus quadragesimo pontificatus sui die moritur, ac in basilica S. Petri sepelitur, contententibus omnibus, cum hominem morte sublatum, quo stante labefacta Romana libertas, & Christiana religio vix poterat. Platina.

Celestinus IV. vita, & doctrina insignis, senex admodum, & valedinarius in locum Gregorii IX. successit, decimo octavo pontificatus sui die moriens, in basilica S. Petri sepelitur, magno sui desiderio relicto, quod homines sperabant se ejus pontificatu felices futuros, liberi ab Honorio III. & Gregorio IX. Pontif. quorum diuis Italia Friderici II. armis graviter afflicta fuerat. Idem.

Albertus V. Dux Austriae uno eodemque anno, immo paucis penemensibus ex Duce Austriae Dux Hungarum, Moraviae Marchio, Rex Romanorum, & Boemorum creatus, duobus tantum annis in summo rerum fastigio vixit. Cuffin.

Obiit Ferdinandus major Napolitanorum Rex sub initium Gallici tumultus, morientique Alfonso filio regnum tradidit. Is suis diffusis opibus, Ferdinandum filio cessit, cum vix annum unum regnasset. Exiit hic regno paulo post Gallie armis pulsus, postisque Carolus IX. regia, quo in Galliam abeunte Ferdinandus Neapolim recepit. Ceterum hoc intra annum defuncto, Fridericus ejus parvus, majoris Ferdinandi F. Regium nomen cum re adeptus est: & uno regno, intra trienni spatium toties est Regibus variatum. Sal. l. 9. En. 10.

PER ACCIDENS OB

Pacem, Tranquillitatem, Consule Tit. Sacula pacata, Illic Temporis, hic Principis ratio habetur. Vitoriam.

Fuit Eugenius IV. Pontificatus vel maxime insignis: tum quod Italicas res, cum suas, tum Pontificas, & reliquorum Italiae principum inter se discordias satis feliciter sedavit, tum quod Graecorum Imperatorem Joannem Palaeologum, & reliquum Graciam in Italiam exivit. Ubi Florentino Concilio peracto, & ipse Constantinopolitanus Princeps, & Patriarcha, cum sacris reliquis viris praesentes interfuere, subscriptioneque sua comprobantur, quod ad eam diem summa animorum obstinatione avertati fuerant. Egnat. l. 7. c. 5.

Calamitatem.

Cajus Caesar optabae insigni aliquo malo suum imperium nobilitari, ut Tiberii aetatem ruina theatri Fidenatis. Sueton.

APOPHHEGMATA, ET PRÆGLARE DICTA, FACTAQUE MAGNORUM VIRORUM. Ex quibus tota de Magistratu Tractatio ad mores pertinens illustratur. GENTILIUM.

Periander, felicem fore eam Rempub. putabat, in qua cum duc

reliqua aequalia existimantur, virtute quod melius, vitio autem quod deterius est, designatur. Stob. serm. 41.

Idem Principes constituti justitiam illis, qui a teneris bene educati sunt, & jam adulti aetatem suam iucris gratia non prostituunt. Ibidem.

Idem dicere solebat, beatas esse Respublicas, quae ab illis regerentur, qui aut ipsi saperent, aut sapientiae incumbere. Cic. ad Quintum fratrem.

Zeno solitus est dicere decorandas esse urbes non pretiosis ornamentis, sed inhabitantium virtutibus. Stob. serm. 41.

Chrypsippus, rogatus cur non administraret Rempubl. dixit. Quia si quis male rexerit, displicebit diis, sin bene, civibus. Stob. serm. 43.

Aristoteles dicebat, prudentes Magistratus debere non propter officium, aut imperium, sed virtutis causa admirationem sui parere: ut etiam immutata fortuna eisdem laudibus digni censerentur. Stob. eod. serm.

Epictetus, Quemadmodum, inquit, faces in portu sublatæ, magna flamma in paucis cremis excitata navibus per mare extrahendis multum auxilii ferunt: sic & vir splendidus (id est, prudens magistratus) in urbe periclitante, paucis ipse rebus contentus magna beneficiis civis afficit. Stob. eod. serm.

Theophrastus percontatus, quidnam Respublicam conservaret? respondit, Præmium, & poena. Stob. eod. serm.

Cum Epaminonda per invidiam, & contumeliam gratia fordidos quidam, & contemptus magistratus delegatus esset a populo Thebano, non aspernatus est, dicens: Non solum magistratum ostendere virum, sed virum vicissim ostendere magistratum. Itaque se gessit, ut deinceps tanquam honestum munus a multis ambiretur, cum antea nihil fuerit, quam cura, fordes & stercorea ex angiporis eiciendi. Eras. l. 1. Apoph. ex Platarchus.

Agathicles interrogatus, quoniam pacto magistratus, nullo stipendio satellitio, imperare suis posset? respondit. Si ita imperet suis, ut pater filiis. Quo inquit, si magistratus benevolentia, & beneficiis adjugetur sibi civium animos, non opus esse barbarico, conducticioque satellitio, cum nullos haberent corporis custodes tutiores quam civis: erga quos patris gererent affectum. Plut. in Laconicis.

Agelaus, Magistratus officium esse dicebat, erga rebellantes, audacia, erga subiectos benevolentia uti. Plut. in Lacon. Ut postea dixit Virgil. principis artes esse.

Parcere subiectis, & debellare superbos. Idem rogatus a quodam, cur Spartanorum Respub. praeter secunds robes floreret? Quoniam inquit, plus ceteris in hoc sese exercet, ut pariter & imperare, & parere sciam. Sensit vir prudentissimus civis disciplinæ capaces causam esse incolumitatis publicæ. Plut. in Lacon. Apoph.

Cleon cum primum statuisset Rempubl. capefere, amicis in unum locum convocatis, eam, quæ eum illis intercesserat amicitiam diripuit, tanquam qui in administratione civitatis rectum, ac justum institutum emolliat, & transversum agat. Themistocles contra, qui, cum quidam moneret, ut praclare magistratu fungeretur: nequaquam, inquit, in eo cessurus sum throno, in quo amici non meliores sunt futuri conditione quam inimici. Non enim civitas homines amicis, & sodalibus carentes, sed commodos, & temperantes requirit. Anton. in Melissa part. 2. serm.

Agathon dicere solebat, magistratum trium debere meminisse. Primum quod imperet hominibus: Deinde quod secundum leges Tertio, quod non semper imperet. Stob. ser. 43.

Apollonius cum vidisset in Domitiani ædibus quendam senio jam confectum magistratum inhiantem affectu, atque Imperatori seu servum se submittere, Huic, inquit, id Dams, non persuasit Sophocles, ut agrestem Dominum, furiosumque aufereret. Brus. l. 5. c. 5.

Fabio maximo jam senex, filius illius consul factus est, qui cum publicitus multis audientibus habuisset orationem: Fabius consensio equo præcedebat. Cum autem juvenis licentem misisset, qui patrem juberet equo descendere: alii quidem factum hoc avertati sunt. At Fabius ab equo desiliens, non habita ætatis ratione, accurrit, ac filium complexus: Euge, inquit, fili, sapiens qui intelligas, quibus impetres, & quam magnum magistratum susceperis. Plut.

Scipio minor, cum in censura Mumiam collegam haberet, festivè, graviterque pro rostris dixit, se ex majestate Republicæ omnia facturum: sive sibi Quirites collegam dedissent, sive non dedissent. Plin. in lib. de Viris illust. c. 5. Valer. Max. l. 6. c. 4.

M. Cato

M. Cato exhortans magistratus ad fundendas poenas de his, qui delinquerent, dicebat, eos, qui maleficos prohibere possent, nec facerent, lapidandos esse: sentiens illos, de universo populo pessime mereri, quod ad scelus licentiam invitarent improbos. Plut. in Apoph.

Socrates dicere solebat absurdum esse, cum artes manuaris nemo exerceat, qui eas non didicerit: neque quisquam aliud faciendum licet ei, qui ejus officii sit plene ignarus: ad publicos magistratus admitti eos, qui rerum omnino rudes essent. Eras. l. 3. Apoph.

Plato censebat, publica munera nemini esse concedenda, quod nominatus ad ea capefenda dives esset, aut hujusmodi quicquam possideret, ut robur, magnitudinem, generis claritatem: sed ei qui legibus pareret maxime, & hac re ceteris in civitate præstaret. l. 4. de legib.

Chilo, Fratri querenti, quod Ephorus ipse non crearetur, cum ille esset: Ego inquit, injuriam forte novi, tu non: significans neminem esse idoneum magistratum, qui non possit dissimulare multa præter æquum, & bonum facta, juxta illud apoph. ἀκατανο γὰρ δαπάνης ἢ ἀδύτης, id est, Princeps æqua, & iniqua pariter audiat. Plut. in Chilon.

Antisthenes admonuit Athenienses, ut amsos æque, atque equos deligerent ad agriculturam. Cum illi dicerent hoc animal esse alienum a ratione: Quid refert, inquit, cum in vestra Republica duces sint, qui nunquam didicerunt administrandi rationem: sed hoc est, quod a vobis delecti sunt: Sentiens, multo absurdum esse, si commendare Rempubl. qui gubernandi artem non tenet, quam si animus pro equo adhibeas aratro. Laert. lib. 6. cap. 1.

Carnades, cum in Senatu dixisset, neminem consulem, neminem prætorem, aut Imperatorem esse, nisi sapientem: Albino, qui tum prætor erat, audiente, subridens ait: Ego igitur tibi Carnades prætor non esse videor, quia sapiens non sum? Brusonius l. 1. c. 5.

M. Cato civis incutabat, quod semper iidem committerent magistratum. Videmini enim, inquit, aut nullum habere magistratum, aut indicare paucos esse dignos magistratu. Quorum alterum erat male sentire de publica potestate, alterum de civibus. Plut. in Roman. Apoph.

Idem, Censuram petens, cum ceteros competitores videret supplices, populoque blandientes, ipse clamabat, populo opus esse medico austero, validisque remediis: proin eligendum non qui jucundissimus esset, sed qui inexcusable. Atque hæc dicens, ante omnes censor creatus. Agnovit populus morbum suum: eoque Cato plus valuit, objurando, quam ceteri blandiendo. Ibid.

Saturinus, cum milites illi pallium imperiale imposuissent, advocata concione de seipso dixit: Commilitones, bonum duces perdidistis, & malum principem fecistis: Atque fuerat egregius, sed quoniam in impetio fuerat severior, ad iidem a quibus Imperator factus fuerat, interemptus est. Non quisvis ad quodvis munus idoneus est. Trebell. Pollio.

Augustus Cæs. Romanum admonuit magistratum, ut Respublicam committeret eis, qui usu, & experientia rerum plurimum possent, nec eam sincerè pendere ex cuiusquam voluntate. Nihil enim in Republica perniciosius esse putavit, quam si magistratus rerum imperitus dominum obtineat. Xiphilini. Diomis abbreviator. in Augusto.

Idem, cum ægrè ferret, quod Cajus, quem Agrippa ejus filius susceperat, nondum adolefens consulatum petisset: gravi dolore affectus, precatus est, ne unquam incidere in hujusmodi tempora, in quæ ipse olim inciderat, ut minor XXI. annis consul fieret. Cümque adhuc instaret, respondit, imperium defendendum esse ei, qui nihil peccaret, si quæ postea studiis populi Romani obfisteret, deinde ut eos modestiores faceret. Dion. Niceus in Augusto.

Democritus dicere solebat, melius esse regi ab aliis, quam regere homines malos. Stob.

Alcibiades dicere solitus est de suis factis, se Diofcurorum vitam vivere. Nam dum populi gratiam obtineret, diis parem se videri: cum vero illam amisisset, nihil a mortuis discriminis habere. Aelian. l. 13. de Var. hist.

Themistocles audiens quosdam ambire magistratum: Si mihi inquit, duas ostenderet vias, quarum una ad sepulchrum, altera ad tribunal duerent, multo libentius ingrederer eam, quæ recta ad sepulchrum duerent. Non ignorat sanè vir sapientissimus, quantæ curæ, molestiæ, vexationes, circumve-

niant eos, qui in magistratu constituti, omnibus expofiti esse coguntur. Ibid. l. 6.

Demosthenes ad junvenes, quos habebat familiares, dicere solebat: sibi ignaro jam quantum invidie, metus, calumniam, ac discriminis sit expectandum ad Rempubl. accedenti, si ex duobus alterum sit eligendum citius in exilium iturum, quam ad suggestum, aut tribunal. Eras. l. 4. Apoph. ex Plut.

Seleucus frequenter dicere solitus est, paucis notum esse Regum, aut magistratum quantæ sint curæ. Alioqui nullum inventum iri, qui Regium diadema humi projectum tolleret. Eras. l. 8. apoph. Stob. serm. 46. Antiochio adscribitur: cuius dicti meminit etiam Val. Max. l. 7. c. 2.

Antigonus, cum Regium sibi traditum accepisset diadema, priusquam capiti imponeret, dixisse fertur: Onoblem magis quam felicem pannum! quem si quis penitus cognoscat, quam multis sollicitudinibus, periculis & miseris sit refertus, ne humi quidem jacentem tollere vellet. Val. Max. l. 7. c. 2. Stob. serm. 47.

Pompejus Magnus cum ex literis Senatus intellexisset, omnia, quæ Sylla armis obtinuerat, in ipsius potestatem esse tradita populis suffragiis centuriatis, percussio famore dixit, Prohi nunquam finienda pericula! quanto fatius erat obscurum amsci, si a militibus curis nunquam dabitur recedere: nec hac ex toto invidia, licet cum uxore tui vitam degere? Magnam potentiam ambit in expertus, odit expertus, deponere, tutum non est. Plut.

Heraclitus Respublicam ut deploratam contempfit, eique dare leges cum rogaretur, recusavit. Secessit autem in Templum Dianæ, ibique cum pueris ludebat talis. Circumstanti, & admiranti populo: Perdidit, inquit, an non præstat hoc agere, quam vobiscum Rempubl. administrare? Laert. l. 5. c. 1.

Antisthenes, rogatus: quomodo ad Respublicam capefendam sit eundem? Veluti inquit, ad ignem, nemis admotus exuraris, procul amotus trifigæ. Stob. serm. 43.

Bion dixit, oportere bonum virum a magistratu discedentem non ditorem, sed clariorem evasisse. Stob. ser. 43.

Pythagoras, Dicebat primum luxuriam civitates ingredi, deinde saturitatem, postea contumeliam, postremo exitium: Stob. ser. 41.

Cic. Cum Caninium Consulem postremo anni die a Cæsare factum videret, qui tamen postero die consulatum pro more alteri tradere cogebatur, jocose de brevi ejus magistratu judicans, Consulem, inquit, habuimus vigilantissimum, & fortissimum, qui in toto suo consulatu somnum non vidit. Ximica abbreviator. in Cæsare.

Idem, De Cannio Revilio cum parvo tempore consul fuisset, sex videlicet meridianis horis, idem dixit. Consulem habuimus tam severum, tamque censorium, ut in ejus magistratu nemo pransus sit, nemo cœnaverit, nemo dormierit. Pbil. Eras. l. 4. apoph.

Vatinius cum morbo laboraret, & eo nomine in Ciceronem inveheretur, quod ægrotantem non accessisset: Volebam, inquit Cicero, in tuo venire consulatu, sed me nox occupavit. Ibid.

Ad hunc consulem congratulandi, ac associandi gratia pluribus euntibus: Maturemus, ait, ut hominem ante sui consularis exitum præveniamus. Plut. Talis fuit autem sub Galieno Imperatore postea Mauritius tyrannus, ut scribit Trebell. Pollio, qui una die factus est Imperator, altera visus est imperare, tertia interemptus est.

M. Votacilius in C. Servilium: qui uno tantum die consul fuit, ita lufit: Ante flamines, nunc consules diales sunt. Abusus est voce, Diales: quasi a die deducta sit, ac non magis a Jove, cui flamines instituebantur. Macrob. l. 2. c. 2. Saur.

CHRISTIANORUM.

Et Apophheg. Beyerlinck. Magistratum Legem loquentem dicebat Tullius, sine cuius prudentia civitas esse non potest: quorum descriptione omnis Respubl. moderato continetur, ideoque magno opere in ejus delectu infundandum. Ita Pius II. aliquando dixisse commemoratur: Magistratus alios mereri, & non habere; alios habere quidem, & non mereri. Dignitates autem non viris, sed viros dignitatibus dandos. Est enim ei, cui Respublica commissa est, necessaria oratio, & sapientia, ut habet. l. 1. de Legib. Cicero. Et Platina in Vita. Beyerlinck in Apoph. Non erat ab hac mente alienus Alphonfus, qui dicere solebat,



Juvenes ad honores, ac Magistratus admittendi.

A Non enim omnis senectus venerabilis & apta, sed illa, quae non canis, fed meritis abscit. Et est canities animae in canis cogitationibus, ac operibus fulgens. Simanca l. 7. de Repub. c. 8. ex D. Ambrosio. Epist. 60. Sunt deinde senes decrepiti bis pueri, nonnulli madidospori, ratione ac consilio pueri. Plato in Astiacho 1. 6. 7. de legibus. Ac propterea legum constitutio non permittit, ut si septuagesimum annum excefferint, magistratum gerant. Platol. 6. de legib.

In Senectutem praeterea, quicquid in natura est ruinosum, ac interitui obnoxium, confertim sese effundit: & quidem ita, ut nullis remediis illa imbecillitas averti queat. Quod si quis tardius velut debitam vitam non reddiderit, natura tanquam feneratorix in flans, ac urgens ab alio aspectum, ab alio auditum, sepe numero utrumque tanquam pignus exigit. Plot. in Astiacho.

Ideoque imperium oblatum quidam suscipere recusant. Maerianus admittere illud noluit, quod senex esset, equitate ad exemplum non valeret, lavandum sibi esset frequentius, edendum delicatius: juvenes quarere iussit. Trebell. Pollio. Sunt adhuc senes suspicaces, parvis, & angustis animis praediti, metuculosi, queruli, utilitatem magis quam honestatem spectant. Aristoteles Rhetor. 2. cap. 12. Ut contra adolecentes praediti magis, quae ad Rempubl. caependam necessaria.

Sunt animosi, ac fortes: sunt laudis, ac glorie cupidi: in rebus agendis honestatem, non utilitatem, propositam habent. Aristot. ibid. Nec annorum spatium, sed ingenium, ac diligentiam in causa, ut alios prudentia superent. Ideoque nulla in consiliis aetas repudianda. Idem in Archidamo.

Et leges, cum de his agunt, qui aetatis impetrant veniam, ob anticipatam aetatis prudentiam gratiam adolescentibus faciunt: dant potestatem iudicandi, ac gerendi Magistratus, sed ita ut non minores sint 14. annis. Esti enim, de Catonis sententia, senilis juvenata praematura mors est: signum videtur mature magnum ingenium vitale non indicitur: tamen sunt adolecentes, in quibus aliquid senile prudentia aetatem supplet. Cicero 4. Philip. Et ab excellenti, atque eximia virtute aetatis progressus non expectandus. Idem 5. Philip. Et juvenes ad Imperia, ac magistratus fuerunt evecti.

David fratrum suorum minimus Rex est Judaeorum electus 1. Samuel. c. 16. Salomon duodecimo natus annos, 3. Reg. c. 3. Alexander Magnus cum res maximas gessisset, 33. anno mortem obit. Roma Corvinus, Marius junior, Scipio Africanus, Pompejus, Augustus, alii ob singularem rei militaris disciplinam, ingenium candorem ante tempus Consulatum, & alios honores consecuti sunt. Plut. in viris Apian. l. 3. bell. civil. Alex. ab Alex. l. 3. c. 3. Plin. de Viris Illust. c. 29. 49. 98. 77. Alexander Severus puer adhuc a Senatu Caesar est factus. Lampridius. Volaterranus l. 23. Gordianus anno aetatis 11. vel, ut alii, 13. ut Junius Cordus dicit, 16. Julius Capitolinus. Otho III. anno vix. 11. natus Mirabilia mundi dicitur propter sapientiam ipsam aetatem superantem Siebertus in Chronicis. Carolus V. cui aetate non magna praedito diadema est superimpositum, Sleidanus lib. Comment. 1. Carolus VIII. Francorum Rex anno 13. regnum inivit. Riccius lib. 3. Franciae Regum. Raynerus III. annum aetatis quintum agens patri in Hispania successit. Riccius lib. 2. Henricum Proceres Angliae novennem Regem creaverunt. Polyd. lib. 16. Et sane si in Magistratibus aetas certa observanda sit, ut magna virtutis indoles prius extinguatur, quam prodesse Republicae possit. Cic. 5. Philip.

Concludendum igitur videtur, non a Magistratibus, & officiis publicis excludendos omnes adolecentes; sed tantum rerum imperitos, ac rudes esse conjungendos cum senibus, ut, quod Plato de vino nimis fortis scribit, diluendum illud aqua esse, & insanum Deum sobrio aliquo temperandum: ita conjungendam cautionem senilem cum ferventi studio adolescentum. Plur. in gerenda Reipub. praecipit. Cogitando senibus, etiam se aliquando adolecentes fuisse, & consiliis, atque actionibus suis ad honorem gradus ascendisse, idque accidere etiam aliis posse; maxime illis, quibus recta voluntas adest. Demosthenes epist. 5. Ideoque male illos facere, qui juvenum commodis, ac honoribus obstant: non fecus atque arbores vetulae subnascentes arbutulas umbra sua premeret, & necare solent. Plur. in gerenda Reipub. praecipit.

\*QUESTIO.

UTRUM PATRIAE RATIO IN LEGENDO

Magistratu habenda? Peregrinis hic potius, quam indigenis committendus?

Controversia haec maxime Quaestio est. Sunt enim, qui a Magistratibus, ac officiis publicis prorsus peregrinos excludunt: non nisi indigenas ad haec esse promovendos censent: reperiantur rursus, qui ea ipsa credunt exiteris, quam suis malunt. Unde odia, contentiones, factiones, bella intestina saepenumero, & subditis, & Principibus perniciose oriuntur. Atqui sane quod.

Indigenae peregrinis antepondi. Evincunt rationes, quae sequuntur. Siquidem Deus ipse mandat; ut, si eligendus Magistratus, e numero fratrum eligatur: neque rex constituitur, qui alterius gentis sit, Deut. 17. Bene constituta Respubl. Romana, Carthaginensis, Atheniensis, & hoc tempore Venetae, & aliae Magistratus suos civibus tradunt. Patrius l. 3. de Repub. tit. 2. Apud Massiliens. qui laudem aequitatis legum habuerunt, nemo ruitosus creatus fuit, nisi qui liberos haberet, & de civium sanguine tertiam per generationem ortus esset. Strabo. l. 4. Geographiae. Syracusani quoque nisi priscis civibus, & familiis vetustis magistratus adhibuerunt. Diodorus l. 11. Et, si non utile iudicatur, cives esse peregrinos: quod fortiores facti tales indigenas expellunt, Respubl. turbant, seditiones excitant: quemadmodum Achzi Trezenios, Thuri Sibariatas, Sami Zaneleos, Chalcediens Amphipolitas ojeerunt. Arist. Polit. 5. c. 3. multo minus illud probandum videtur, ut Magistratus peregrini gerant.

Experientia quoque testatur, contraria in eodem loco cohabitare non posse peregrinos, & advena fructum civitatis devorare, non fecus atque locustae segeti nocere solent. Arist. ibid. in hunc Casus. Et homines peregrini peregrinos secum sermones adferunt, unde nova de rebus iudicia oriuntur, ex quibus fieri non potest, quin affectus multi, consilia talia nascantur, quae plane diversa ab instituta Republicae ratione: quae est inflat vocum consonantiam, nec discrepantiam admittit. Plur. in Lycurgo. Immo sunt, qui putant principem novum, si sentiat esse inferiorem ad principatum conservandum, non posse melius sibi consulere, quam si omnia incipiat innovare: novos constituit magistratus, ad eos homines eligat novos. Machiavellus de Repub. l. 7. c. 6. Ac licet princeps externus bene re gerat, tamen quia moribus, & ingenio differt, nec erga populum repraesentare potest eam benevolentiam, ac si indigena esset: faciles oriuntur dissensionum occasiones. Unde, ut tunc ut princeps, necesse habet, copias aliunde adducat: militum fide praesidio muniat: qui beneficiis, & honoribus postea aucti, odium, atque invidiam multitudinis in se concitant. Commineus l. 5. Exempla hoc testantur: Vivilhelmi Neapoloes, & Sicilie Regis, qui cum Gallos exheredat ab honores, atque officia, praerogatis indigenis: magnam sibi invidiam concitavit, fecit, ut omnes Galli uno tempore interficerent: Hacticanuti, Regis Danicae, & Angliae, ubi etiam Dani, & Angli cuncti interfecit sunt: Ungarorum, qui a Polonis casus omnes fuisse: nisi Regiam artem occupassent, post certis conditionibus datum redissent. Bodinus lib. de Reipub. c. 5. Alberti Magnopolensis, qui in Sueonum Regem electus, cum Teuronibus loca, & officia publica committeret, nobilissimas virgines, ac viduas in extraneorum, & indignissimorum conjugia consentire cogeret: a suis viduus, ac in carcerem coniectus fuit. H. Joannes Magnus l. 11.

Huc accedit, quod longe sunt faciliores, & prouiores ad obtinendam cohaesivis, quam si a peregrinis res agatur. Patrius de Repub. l. 3. Tit. 2. Cumque caput sit, nosse Respublicam, perfectos habere civium mores: civibus utique rectius, ac tutius, quam peregrinis, & exteris Respublicam committitur: utpote quibus subditorum ingenia non sunt nota, perspicua instituta, explorati mores. Arist. l. 1. Rhet. cap. 6. Cic. 2. de Oratore. Multo quoque diligentius, ac fidelius Respublicam indigenae, quam alienigenae exercere solent. Unde, alia silentio ut involvantur, Boemi nec externis publicam salutem crederent, ad indigenas concurrerunt: Georgium Pogiebrachium, cujus in longa gubernatione iustitiam, virtutem, prudentiam, & integritatem sat exploratam habuerant, repulsis competitoribus externis, regem suum declararunt, Hungari Matthiam Corvinum. Bonfinius l. 9. Decad. 3.

Peregrini

A Peregrini ab honoribus non excludendi.

Verum non quia comparatione facta, indigenarum, ac civium est ratio habenda in honoribus, & magistratibus mandandis; ideo ab his excludendi prorsus peregrini sunt. Nam & Numa Pompilius non modo non patricius, sed ne civis quidem Romanus, ex agro Sabino Autoribus patribus Romae regnavit. Livius, Plur. in Num. Florus lib. 1. Dionysius l. 2. Orosius lib. 4. Eutropius l. 1. Plin. de Viris Illust. cap. 3. Lucius Tarquinius Priscus, Graeci Demarathi filius, Rex est Romae factus, civis aduc Anciliberus. Livius lib. 1. Florus l. 1. Dionysius l. 3. Eutropius l. 1. Plin. de Viris Illust. cap. 6. Nec etiam ex adis Regibus, clausa peregrinae Virtuti fuit. Livius l. 4. in Orat. Canules. Est M. Perpenna, Graecus natione, Consul Romae factus: & L. Cornelius Balbus Gaditanus. Plinius lib. 5. cap. 5. Eutropius l. 4. Etiam familiae praecipuae, ac Consulares peregrinis orbes Romae fuerunt, & quidem dum solida domi quies, & adversus externa Romani forerunt. Ac sane omnia quae vetustissima nunc creduntur, ante nova fuerunt: & quod exemplis novae tuemur, inter exempla olim erit Cornel. Tacit. lib. 11. in Orat. Neron. pro peregrinis. Inter Imperatores post hunc imperio praefuerunt: Nerva, oppido Narnicensis gentis; Aurelius Victor, Trajanus, qui nec Italus erat, nec Italicus, fed Hispanus, a Nerva Imperator designatus, quod conferret, Virtutem cuiusque, non patriam, aestimari, & ponderari oportere. Dio in Nerva.

Neque exempla tantum pro peregrinis faciunt, sed & rationes ab his stant. Siquidem auctoritas peregrinorum major, quam indigenarum est: minus in patria sua homines, quam apud exteros honorantur: quod multi, qui cognoscunt infirmitatem eorum, semper in memoria illa reducut: etiam malitia quadam defectus magis, quam Virtutes considerantur. Errat praeterea multum in iudicando populus, cumque alios parces esse videt genere, vel alia ratione; omnino parces eos esse credit. D. Thom. in Matthaeum.

Accedunt huc incommoda plurima, quae oriuntur, cum indigenae peregrinis praeferruntur. Si enim multi sunt, qui ambiunt, aequa potestate, ac gratia praediti: populus in factiones distractitur: oriuntur inter ambientes controversiae, & contentiones graves: mutuis rapinis, ac cadibus Respub. divellitur. C. Bodinus de Repub. l. 6. c. 5. Nascuntur etiam inimicitiae, cum in civem cives vel justissime animadvertunt: ut & iustitia saepe exulatur: dum in propinquitate communione amicitiam natura ipsa parit. Simanca de Repub. l. 8. c. 3.

Hinc in Gallia, etiam ex constitutione Philippi Pulchri Regis, & Caroli V. idem obtinuit, quia alienigenas civibus suis praefecerunt: ne, si cives civibus praesent, vel nimia indulgentia illis parcerent, vel veteri quodam odio praeter modum in eos severiret. Guagninus l. 9. Itaque perdititas non prorsus reiicienda: & si (quod fieri interdum solet) haec invidiose ab indigenis obiciatur, illud afferendum, quod Cicero adversarius suis respondet: non peregrini habendi, quorum jam & nomen, & honor Urbi inveteravit, & hominum fama, & sermonibus: neque patiantur se ab aliis verborum jactantia inani superari, nisi Virtute vincantur, pro Sylla.

An Genus in Magistratu observandum?

An in deserendo Magistratu quoque generis ortus, familiae sit ratio habenda; haud opinor, incommodum quari solet. D. Sunt enim qui ad familias tantum nobiles, ac vestitus hic respiciunt: homines novos, obscuroque nato loco, etsi Virtute praeditos, praeterunt: contra alii, ut agris illis faciant, promouent: Itaque rationes in utraque partem, quae asserti possunt, notanda, considerandae erunt.

Neque vero de Anengius, Scotus, Phartenis, thoroque illegitimo natus esse dubitatio potest. Est enim hujus generis homines non pauci in alios imperium obtinuerunt: Jephthe Gadaadites, Israclitarum Judex, Iudae. 11. Themistocles Aetroni meretricis filius, qui haec etiam de causa in gymnasio Cynosarges tantum extra urbem exercebat, in quo Spuria soli conveniebant. Plur. in Themistocle. Athen. lib. 13. Timotheus Scroti filius, qui dux Atheniensium factus, cum aliquando caperetur, quod ex matre hujusmodi esset: illi sese gratiam habere dixit, quia ob illam Cononis filius esset. Athen. l. 13. M. Brutus ex Servilia, Catonis forore impudica, quae palam stupri commercium cum Caesare Didatore habuit. Plur. in vita Bruti. Helioabalus Antonini Caracallae Imp. & Symiae L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

mare filius Aelius Lamprid. in Capitolinus. Alexander Imp. filius Mammee, Cuspinianus. Theodorius Ostrogothorum rex, Valamiri, & Autilenz concubinae filius. Joannes Magnus l. 9. Carolus Marcellus Pipini filius notus ex Alpaide pellice, & Amilius lib. 1. Manfredus Frederici II. spurus ex concubina Blanda. Cuspinianus. Adelstanus Anglorum Rex, Edoardi I. filius, ex Edgina puella rustica. Polyd. lib. 6. Sint quoque saepe ingeniosi, fortes, felices, tamen in eligendis, ac constitutendis Magistratibus ad genus, & nativatem respiciendum est.

Itaque Indi certos praefectos habuerunt, scrutatores nativitatis, & moris cuiusque, & Romani praefectos araril, qui in aede Saturni singulos cives de natis suis audierunt. Unde & intra tertium diem liberis nomina imponere coacti fuerunt. Strabo, lib. 15. Plato quoque vult, ut Candidati Magistratus alicujus, eo tempore, quo Comitia habentur, in ara Dei nomen suum, & patris, & gentis, & tribus in tabula scriptum deponant: atque ita quasi in testimonium Deo vocato profiteantur se legitime natos esse. lib. 6. de legib. Et Aristoteles in Politicis suis non vult, ut spuris in regno succedat, lib. Pol. 3. cap. 11. Neque rationes hic defunt. Cum enim admittuntur tales, quasi faces accenduntur libidinum, dantur praemia adultis. Arist. Polit. 4. c. 6. in hunc Casus. Magistratus infamia, & macula insigni notatur, cum tales ad subfella, consilia, ac honores admittuntur. Idem ibid. Nec possunt non timide, demissaque tales rem gerere, quia animi spiritu deprimi genus subdititium, & adulterinum, & cum quis meminit fecerum parentum suorum. Plur. de Educat. liberor. Euripides in Hippolyti. Ac tametsi ejusmodi homines generis infamiam auro nonnunquam redimant, tamen similes sunt, qui ligneam nasum tingunt. Nam neque hic color vitium expungit, neque illic auro indolem mutat. Freyrius Apoph. 15. Verum extra controversiam hoc esse videtur. Illud dubitationem habet, utrum generis, ac familiae ratio in honoribus, & officiis mandandis habenda: Et quidem quod.

Respicendum in Magistratu committendis ad genus, ac familiam.

Probant, quae sequuntur: quia L. boni ex bonis ordine, ac dispositione natura procreantur, simile sibi simile gignit. Aristot. lib. 1. c. 7. Nec tantum est, praclarus, ac magnificus thesaurus liberorum, parentum Virtus, nobilitas, & gloria, si ea homines non abutantur, sed inest quoque in illa vis admirabilis, & occulta propagandae Virtutis, ac in stirpem derivandae. Plato in Meneseno. Plur. de liber. Educat.

Deinde ad virtutis indolem plurimum valet, esse aliquem bono, nobilique loco natus: quod qui generosa stirpe orti non sunt, simulat Virtutem, eamque constantem habere non possunt. Qui autem antequam a femine bonorem genus ducunt, perpetuo virtute pollent. Dio lib. 44. in Orat. Antonii de laud. Caes. Ratio quoque turpiter agunt, qui tali loco nati: quoniam majorum suorum laudem secum periclitari erumunt: quemadmodum parvam laudem iacturam illi faciunt, cum delinquent, qui obsecris parentibus nati sunt, ipsi quoque ignobiles. Patrius de Repub. lib. 1. Tit. 4. Nihil esse turpius arbitrantur ei, qui aliquid se esse opinatur, & laudem assecit, quam parentum, & majorum gloriam dilapidare, & occasionem laudis quaerere non ex seipso, sed majorum gloria. Plato in Meneseno.

Huc accedit, quod etiam levia delicta observari in nobilibus animadvertunt: quemadmodum graviter feruntur, sunt f. majori dedecore vertuca in facie, quam navi aliis in membris, quae teguntur. Plutarch. de Repub. gerenda. Sunt praeterea nobili loco laudis, atque glorie cupidi: natura autem homines ita animati, ut bona illa, quae ante habent, augere, non imminuere, vel amittere cupiant. Arist. lib. 2. Rhet. cap. 16. de Nobilitate ingenitae, ac moribus.

Sed & illud considerandum est, facilius cum illustribus, ac nobilibus, quam novis, & obscuris agi, quia hi non irascuntur parva ob delicta, obscuri, ac novi succedunt, & puniunt graviter: quia dum ignoscunt aliis, suam imbecillitatem argui putant, dum puniunt graviter, potentiam suam deum intelligi, & confirmari opinantur. Xipbilinus in Tibertio. Et asperius nihil est, humili cum surgit in altum. Exemplis fit Maximinus ex pastore Imperator factus, qui crudelitatem summam exercuit, cum in malos, tum vero nobiles, quo fiam ignobilitatem tegeret. Herodianus, Julianus Capitolinus.

Neque illud contemnendum, quod splendor, ac majestas singularis

singularis Reipublicæ accedit, cum ad gubernacula nobiles sedent, in quibus singularis virtus, ac generis splendor lucet. *Ar. Illust. Politicorum l. 3. cap. 8.* Et ut facili sit gubernatio publica, tria requiruntur: sapientia, neceretur: potentia, ut quæ decernantur, in actum producantur: & familia, ut contemptus tollatur, aditæ auctoritas. *Simanca lib. 5. de Reipub. cap. 3. ex D. Thoma.*

Itaque apud Spartanos, Athenienses, & Corinthios istud more receptum fuit; ut penes certas familias, & quidem nobiles regia dignitatis, officia publica alia essent. *Herod. l. 5. Pausan. lib. 1. de Spart. regibus, Strabo l. 8. Dionysius l. 2. Plut. in Thesco.* Ac leges Romuli inter alia hoc habent; sacra, & Magistratus partes foli peragunt; plebeii agros colunt *lege 2. 3. 4.* Et Germani reges, ac Magistratus suos elegerunt ex generis nobilitate: ut belli duces ex Virtute. *Corn. Tac. de morib. Germ. Non spectantur corporis robur, ut Medi: non pedum pernecium, ut Lydi: non pulchritudinem, ut Indi: non divitias, ut Æthiopes: non molem, & obelicitatem corporis, ut Gordii. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 23.* Et ut rectè hæc esse habeant: ita

Non excludendi prorsus ab honoribus, ac Magistratu novi, aut obscuro loco nati.

Saul, patris sui afinas amissas querens, Rex ungitur, pascens oves David. *1. Regum c. 10. & 16.* Amal, qui cum apud Ægyptios pauper, & obscurus ad Regium culmen pervenisset, eoque nomine contemneretur a suis; ex aureo vase, quod turpes ad usum servierat. Jovis simulachrum confecit, confectumque collocavit in urbis eminentissimo loco. Quod cum religiofissimè coleretur, simulachrum ex eo constat esse dixit, in quo prius pedes Ægyptii lavabant: nunc autem religiofissimè colli. Idem sibi contingere, qui prius plebeus, nunc eorum rex esset. *Herodotus l. 2. Darius Hyllaspis filius, Cyri pharetophorus, rex post Perfarum factus. Herodotus lib. 3. Andolobinus qui hortulam colens, ab Alexandro verò Magno Sidonitis imperare iustus: Hæ, inquit manus factis ad vitium fuerunt: nihil defuit. Sabellicus l. 4. Themistocles, cujus obscurus genus fuit, quam quod ad gloriam conferre aliquid posse. *Plut. in eius vita.* Iphicrates, Patre furore natus, qui cum generis illi ab Harnodio obscuritas obiceretur: Meum, respondit, à me ipso genus initium sumit: tuum autem in te definit. *Idem. Tullius Hostilius Romanorum Rex ex pastore fuit creatus; quod operam præclaram adversus Sabinos navasset. Livius l. 1. Dionys. l. 3. Florus lib. 1. Plinius de Viris Illust. c. 4. L. Tarquinius Priscus Græci Demarathi, mercatoris filius, qui Romæ rex est V. factus. Livius l. 1. Dion. l. 3. Florus l. 1. Plin. de Viris Illust. c. 6. Servius Tullius, qui Corniculani, & Ocrifia ancillæ filius rectè, ac laudabiliter Romæ imperium gubernavit. Livius l. 1. Dion. l. 4. Florus l. 1. Val. Max. lib. 3. Plin. de Viris Illust. c. 7. Terentius Vatroliani filius, consul Romæ est factus. Valer. Max. lib. 2. Et M. Emilius Scaurus, cujus pater, ob pauperatam carbonarium negotium exierat. *Plin. de Viris Illust. c. 72. M. Porcius Cato, qui Thufculi ignobili loco ignobilis ortus, optimus & Senator, & Imperator, & Orator est habitus. Plut. in eius vita. Livius l. 3. & 4. Plin. de Viris Illust. c. 47. Val. Max. lib. 3. C. Marius, qui loco humili, obscure quoque natus, septies Romæ Consul est factus; Jugurthum captum ante curram egit: Cymbros in Gallia, in Italia Teutonas vicit. *Plutarch. in vita Marii Florus l. 3. Plin. de Viris Illust. c. 67. Val. Max. lib. 2. Pro fe, ac novitate & obscuritate familia fortiter pugnat apud Sallustium in bello Jugurthino. M. Tullius itidem homo novus, in Consulatu multis aliis prælatus: patriæ pater dictus.****

Plut. in eius vita, l. 2. Agraria, l. 9. pro P. Sylla. Sed, & Imperatores post non pauci facti Romani, obscuro nati loco. Et Augusti proavis restio, avus argentarius fuit. *Suetonius P. Sævi Pertinacis pater mercator. Julius Capitolin. L. Septimius Severus ignobilis. Hippilius, Ælius Spartianus, Opimius Macrinus servus. Dion, in Macrino. Max. Pappianus, qui patrem fabrum ferrarium habuit. Cuspinianus, Probus, qui nobilitate matre, quam patrimonio moderato, affinitate non magna, tam privatus, quam Imperator nobilissimus virtutibus claruit. Flavius Popiscus, Aurelianus obscuro familia ortus. Idem, qui illud notatu dignum addit: non magnorum principum virtutibus summam sciendū esse: ubi quisque genitus sit, sed qualis in Republica fuerit. Diocletianus scribæ filius. Pomponius Letus, Aurelius Vidar. Galerius Maximianus patribus agrariis pro-*

gnatus, qui pastor primum armentorum exitit. *Cuspinianus, Justinus Thrax, qui teneris ab annis vnum, ac boum cultos post lignarii cuiusdam minister, Imperator est factus. Zonara E. Pipinus Eremita ex perfecto Prætorii Rex Francorum creatus ob ignaviam Childericus Francorum Regis. *Ritius l. 1. de Reg. Franc. Bamba ab aratro ad principatum evedtus, & electus in Regem Hispaniarum. Idem lib. 2. reg. Hisp. Premislus rusticus Bohemorum Rex factus. *Cromerus l. 2. Piaslus agricultura, & maleficio vitam sustentans Polonorum sceptrum obtinuit. Idem lib. 2. Agatocles Syracusanorum Rex, cujus pater figulinam exercuit. Unde in convivis inter vasa aurea fictilia quoque adhibere solitus est, ut eodem tempore & paternæ obscuritatis, & magnitudinis, in quam ipse evelerat, species repræsentaretur. *Justin. l. 12. Valer. Max. lib. 12. cap. 13. Villegifius, patre fabro plaustrorum natus, ab Othone II. Imperatore ad Moguntinensem Archiepiscopatum, & Elektoratum evedtus, omnibus in locis plaustris rotam depingi curavit cum hac inscriptione, Villegifii qui fueris, memento. Mos inde obtinuit, ut tota hæc Archiepiscopo Moguntino pro insigni data, & ab Henrico II. confirmata fuerit. *Bruschius.*****

Deus enim, qui in altis habitat, humilia respicit: fuscitans F. è terra inopem, & de stercore pauperem erigens, *Psal. 122.* evehit ad honores, ac dignitates Joseph è carcere, *Genesios, 41.* Gedonem frumenta purgantem, *Jud. 6.* Danielem captivum. *Danielis 8. Mardocheum. Ester. 10.*

Est deinde in Magistratu legendo Virtutem maximè ratio habenda. *Plato in Menexeno.* Et, ut venator cæcum quatit, non id, quod à cæco natus sit, sed rei equestri deditus, non quod equo prognatum sit, sed equum spectat, ita longè à scopo aberrant, qui querunt, non quis sit aliquis, sed ex quibus ortus sit. *Plut. in vita Syllæ. Popiscus in Aureliano.* Neque tam homines, quam hominum actiones bene constituta Reipub. consideranda est plurimum tribuendum, cujus in animo Virtus inest. *Arist. Polit. 3. cap. 18. Vell. Paterevulus lib. 2.*

Oritur præterea, quo nihil utilius, amor, ac benevolentia civium in Magistratu, cum etiam tenoribus conditionis homines promoventur, excitatur Virtus studium, & diligentia in rebus peragendis. *Idem ibid.* Qui enim magni nati in familiis sunt: commendatione majorum suorum virtutem Promotam habebant. *Cicero pro Plancio.* Omnia illi beneficis dementibus deferuntur. *Idem lib. 5. in Verrem.* Si forte deliquerint: majorum fortia facta, veteris nobilitas, cognatorum, & G. affinium opes, multa clientelæ præsidio adfunt: *Sallustius in oratione Marii ad Quirites.* Novis contra hominibus alia rationes vivendum est: quia alia infirma sunt; spes omnis in ipsis, quam necesse est, Virtute, ac innocencia tueri. *Idem ibid.* Et in aliis errato nulla venia; rectè dabitur exigua laus, & ab invitis expressa nonnulla: non dubitanti fidelè consilium, non laboranti certum subsidium ostenditur, *Cic. 2. Agraria.*

Accedit huc, quod qui præter genus nihil habent, non Virtute præditi, tincti doctrina sunt, ad gubernacula adhibiti non plus profunt, quam obsoniorum fumus inanis ad corpus nutriendum prodest, qui tantum naves provocat. *Tiberevius Appob. 126.* Immo sæpe imaginum majorum beneficis præfæcti bello, ignari omnium tales trepidant, & aliquem ex populo querunt fuit officii monitorem. Atque ita fit, ut qui imperare jubetur, imperatorem alium querat. *Sallust. in Orat. Marii.*

Ut nihil de eo nunc dicatur, quod multi sunt degeneres, & H naturæ quasi monstra, liberorum tantum numerum complent. *Seneca ad Martium Epist. 12.* & generosissimum imaginum factus aliquid dedecus devolvunt: lucem à majoribus acceptam in tenebras convertunt. *Val. Max. l. 3. Unde proverbium, Heroum filii nonæ. Erasmus in proverbiis, Chibald. l. Centuria 6. proverb. 32.* Dissertit hac de re Ælius Spartianus, & neminem prope magnorum Virorum optimum, & utilem filium reliquisse ostendit. A ut sine liberis Viri, inquit, interierunt, ut tales haberentur plerique: ut melius fuerit, de rebus humanis sine posteritate discere. Ex, ut ordiamur à Romulo, hic nihil liberorum reliquit, nihil Numa Pompilius, quod utile esse posset Reipublicæ. Quid Camillus nisi sui finiles habuit? Quid Scipio? Quid Catones, quam magni fuerunt? Quid de Cælarè? Quid de Tullio loquar, cui soli melius fuerat liberum non habere. Quid de Augusto, qui nec adoptivum bonum filium habuit, cum illi eligendis fuisse potestas ex omnibus. Falsus est etiam ipse Trajanus in suo municepe, ac nepotè deligendo: Quid Marco felicis fuisse, si Commodum heredem

hæredem non reliquisset? Quid Severo Septimo, si Bassianum non genuisset, qui fratrem Getam in matris sinu occidit: quinoveream, quinimmò matrem uxorem duxit: qui Papiannum, Juris asylum, & doctrinæ legalis thesaurum, quod patricidii exulare nollet, interemit? *In Severo.* Sed extiterunt degeneres multi alii, xerit summa cum laude Isracliticum populum Moyses: at in Eleozaro, & Gerfa filius nihil laudem dignum fuit, ideoque in Hebræorum historia deiis non nisi perexigua, ut de abjectis mos est, mentio facta. *Fulgosius l. 8. f. 3.* Magnus Atheniensis in Reipublica, ac potens Pericles fuit: at stupidi filii Paralas, & Xantippus. *Plato in Alcibiade priore.* Quantum Germanicus animi vigore, prudentia, morum honestate præstitit: tantum Caligula filius ejus ignavia, libidinibus, stultitia ab eo degeneravit. *Suetonius.* Valerius Imperator, omnibus virtutibus præditus, Galienum filium reliquit, qui propter insignem ignaviam, ac mollitiem triginta tyrannici impetii invadendi occasione dedit. *Trebellius Pollio.* Caroli Magni magna in liberis influentibus cura fuit: sed eventus præterit: filii patri difsimiles, excepto Ludovico Pio. *A. d. 8. 1. 4. Emil. l. 2.* Henricus II. Imp. laudatissimus: ac filium Henricum III. reliquit, à paternis virtutibus proorsu degenerem. *Ignatius lib. 3.* Et ostendit Aristoteles fortium, & animosorum filios, cum deficiunt, & præcipue faciunt, temulentos, prodigos, crudelēs, furiosos evadere, ut Alcibiadis, & Dionysii, gravium verò, ac doctorem, ignavos, simplices, bardos, a finis ingenis præditos: ut Socratis, & Hippocratis. *lib. 2. Rhet. cap. 12. de Nobilitate moribus, & ingenio.* Fiant autem præcipue digressionales tales, vel fato, ut Demoftheni placet: vel educatione indulgenti apud magnos, qui publicis negotiis occupati, ut Plutarchus in libello *de prædicatione* censet: vel naturali rerum omnium inconstantia, ac mutatione in deterius, ut Aristoteles in loco ante notato docet, allata similitudine ab agris sumpta: quo, ut in agris interdum magna frugum copia, ubertas, ac copia, interdum *iniquitas*, penuria, & egestas est: ita in familiis nonnunquam, magnorum Virorum quasi copia, & ubertas: interdum vero penuria exoritur? Viris claris, ac bonis improbi, ac nullius præcti homines succedunt.

Itaque cum majorum, ac parentum suorum solis quis rebus gestis, meritisque fretus, honores, ac officia petit, respondendum, quod Antigonus II. adolefcenti cuidam respondit, qui patris fortis ipse non fortis splendidi petit: *ἀσπασματὶς εἶναι, ἀλλ' ἀπὸ πατρὸς ἔλκεν, non patrias, sed proprias cuiusque viri virtutes, mercedem, ac munera dare solet. *Plutarchus in Appob.* cum veteris prospæ, multarumque imaginum homines in obscuris Virtutem despiciunt, & dicendum, quod apud Sallustium Marius dicit: tales, semetipsos ac majores suos despiciere, quibus non minus ab ipsis ex virtute aliquando nobilitas accipit. *In bello Jugurthino.* Et, quod Cicero pro L. Muræna habet, eisdem animi, ac ingenii est, posteris suis amplitudinem nominis, quam non accepit, tradere: & memoriam prope intermortuum generis fuit virtute renovare. Et pro Plancio, ubi gradus exponuntur, quibus ad honorum confectendum culmen est: Cum equidem semper, inquit, laboravi primo, ut honore dignus essem secundo, ut existimaret: tertium mihi fuit illud, quod plerisque plurimum est ipse honos.*

Videatur Locus de Nobilitate. Tit. Qui contempserint Nobilitatem, &c.

QUÆSTIO.

UTRUM IN HONORIBUS, AC Magistratibus mandandis operæ, & facultates spectandæ.

Quæti, nec incommodè quoque solet, utrum in mandandis honoribus, ac officiis publicis etiam facultates, ac divitiæ sint considerandæ? opulentiam egenis anteponendis? Et quidem Satis esse videtur divitibus, quam Pauperibus Magistratus committi.

Quia res, ac pecunia obfidis, & pignoris est loco apud Republicanam, & amoris in patriam; fides in hac ipsa, & fundamentum olim erat. *Gellius l. 16. c. 10.* Et qui esse rebus suis cōsulunt, etiam publicis prospecturos verissime est: ut contra qui sibi malus est, aliis bonus neutiquam erit, nec diligentiam, ac prudentiam in Republica adhibebit, quidomni sui præfæcti L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

vescit Isocrates ad Damon. *De Pace. Æschines in Timarchum, & Ctesiphontem.* Neque enim tales ingenium, & animum, sed locum tantum mutant. *Æschines contra Ctesiphontem.* Nec, nisi multitudine, ac magnitudine, rerum privatarum cura à Republica gubernatione differt: ut quicquam aliud est, regnum, vel civitas, quam magna familia, & vicissim domus, quam parva quædam Reipub. *Xenophon. lib. 3. de ditiis, ac factis Socratis.*

Sunt præterea divites rerum experientia instrudi melius quam pauperes, qui non domi, ut pauperes, delitescunt: sed in luce vivunt. *Aristoteles l. Politicorum 2. c. 7.* Domesticis negotiis minus, ut pauperes, impediti diligentiam majorem in rebus publicis tractandis adhibent. *Isocrates in Nicocle.* Cumque in Magistratu non tantum amor subditorum, sed etiam potentia requiratur, hanc ad rem divitiæ plurimum commodant. *Arist. Polit. 5. c. 9.* Faciunt, ut magnificentius sese homines gerant: minus circumagantur pretiis, & affectibus. *Livius l. 1. Arist. Polit. 2. c. 7. Casus Æmilii l. 1.* Ut contra onus grave, morbus Reipub. magnus, paupertas. *Plut. in Lycurgo,* res perniciofa in imperante tenuitatis animal periculofissimum, rex pauper. *Simanca l. 3. de Reipub. c. 15. ex Cassiodor. ril. 11. variarum.* Eò egestas impellit, ut munera capiantur, quæ sapientum oculos excaecant; verba in stultorum subvertunt. *Deut. 16.* Ideoque mortis illud poena dignum vitium judicatur. *Plato lib. 12. de legib.* Damnatur etiam à legibus civilibus, quæ requirunt, ut qui prædites sunt gentium, civiles administrationes habent provinciarum, puris utantur manibus, & ab omni acceptatione pro illis abstant, solis iis contenti, quæ à fisco dantur. *Novell. Constant. 8.* Contemptum adhæc parit, qui Magistratu perniciosus est. Unde Phormio Atheniensis vir bene moratus, sed malè nummatus, classi præfæctus, imperium recusavit, quod diceret: pauperem se, & obsecratum, nec auctoritatis fati apud milites, nec mentis ad cogitandum habiturum. *Pausanias in Atticis.* In causa insuper est: ut timide cuncta agantur, Neque enim audent peritua dicere leva homines. *Juvenalis Satyr. 7.* verum ligatam linguam habent. *Plut. de audiendis Poetis.* Vitiorum, ac flagitiorum faces accendit: libidini rerum nefandarum stimulos advoctur. *Plato lib. 4. de Reipub.* Tabet quidvis & facere, & pati, virtutisque viam deserit arduam. *Horat. lib. 3. Carminum. Ode 24.*

Et habuit David rex Judæorum argenti mille millia talentorum, id est decies centena millia, & auri centum millia, quæ mille millia talenta argenti valent. Etiam Salomonis immensa opes fuerunt: fecit idem, ut esset tanta auri argentique copia in Hierusalem, quaneum, & lapidum, *lib. 3. Regum c. 10.* Aurelianus Imp. factus, cum Magnates interrogaret, quo pacto imperandum esset, responsum tulit. Auro, ac Ferro munitionem eum esse oportere; illo apud amicos; hoc apud hostes. *Zonaras in Aureliano.* Carthaginienses non optimos solum, sed, & distillimos censuerunt, magistratibus admoventes: quod arbitarentur fieri non posse, eum, qui egestate premebatur, rectè sine reque magistratum gerere, ac quietem optare. *Cælius l. 10. c. 24.*

Etiam census apud Romanos in Senatore, ac magistratu laudatus fuit, ne splendor ordinis amplissimi rei familiaris angustis obscuraretur. *Sigonius de ant. iure civ. Rom. l. 2. cap. 1.* Et ante Augustum census senatoribus fuit sextertiorum octingenta millia, qui auctus post fuit. Quinctiam, si posteaquam lectus esset Senator, censum labefactasset, ordinem amittebat. *Idem Alexander l. 4. c. 11.* Et laudabatur Tiberius, qui præterquam quod censum Senatorium juvit, & honestam paupertatem sublevarit innocentium. *Cornel. Tacit. l. 2. Ut & Nero, qui Senatoribus tenui familiari in re constitutis annua salaria constituit, Alexander l. 4. c. 11. Sueton. in vita Nero-His.* In Atheniensis quoque Republica Solon ex censu Magistratus quingentorum modiorum, & jugerum constituit. *Plut. in Aristide, ac Solone.* Thebanorum quoque lex fuit, ut mercenarii annos decem à foro abstinerent, fuisseque acquisitis bonis honestè viverent, antequam ad Magistratum admitterentur. *Aristoteles l. 3. Polyt. c. 3. Val. Max. l. 4. c. 4.* Ceteris ergo paribus in Magistratibus constitutendis divitiarum ratio habenda: Interim

Pauperes non excludendi prorsus ab honoribus, & Magistratibus.

Thebanorum enim Imperator clarissimus Epaminondas, tam pauper fuit, ut inebam tantum vestem haberet; quæ cum refarcienda esset, domi est, manere coactus. *Plutarchus in L. 2. Epaminonda.*



A Eloquentia maximè in Principe, ac magistratu desideretur.

Offendunt, quæ sequuntur: quia I. dissimilitudo magna Magistratum, & aliorum. Qui nam gubernant, munus remigum regendorum aliis committere possunt: & suos habent sagulos, opifices, qui etiam absentibus Magistris opus suum peragunt, & perscrutant. Diversa Magistratum est ratio, qui opus duobus habent, ut in Republica, & in Imperio, ac mandante aliis, quid faciendum, aut omittendum sit. Plut. de gerenda Reipub.

Deinde Magistratus tractant populum admodum insolentem, delicatum, contumacem, non obediendem in omnibus: ideoque necesse habent verbis, & oratione multa fingere, ac conformare non pauca, quæ impedimento sunt, velut nodos quosdam in ligno, aut obsecus in ferro, mollire, ac lavigare. Idem ibid. Tum nec melius tractari populus, & in officio contineri, quam Eloquentia potest. Neque enim, nisi auribus, hic ducitur, hoc est, diserta oratione, auribus precepta: & qui cum non auribus, sed ventre, id est, epulis, ac conviviis, vel mæstipio, largitionibus scilicet, & donis pertrahere cupiunt, hallucinantur.

Est enim ratio illa æquior primo, & æquior, caret arte, ac elegancia: etiam rusticis atque agrestes homines ut, hac possunt. Deinde eandem qui adhibent, potius, dymocritum, quam dymocritum, quasi refecare populum, quam ejusdem gratiam colligere videntur. Sed & nihil tales ab iis differunt, qui bestias tractant: quod bestia quoque circumantur, ac manucta omnis generis cibariis sunt. Plut. de gerenda Reipub.

Sunt præterea vires Eloquentia multa, ac magna: veritate, ac justitiam defendit, leges, judicia, jura describit: hominum tenet oculos: mentes allicit: voluntates, quo vult, impellit: languentem populum incitat: effrenatum regit, ac moderatur: seditiones aut antevertit, aut sedat, ac tollit. Testes sunt: Theseus, qui ex agris Atheniensium populum Eloquentia compulit, Pausanias in Atticis, Solon qui ad bellum suscipiendum, & repetendam Salaminem Atheniensium Oratione animavit. Plut. in Solone. Themistocles, qui persuasit Atheniensibus, ut annuos redditus argenti fodinarum qui vitium quotannis inter populum distribuabantur, ad ædificandam classem transferret, Plut. in Themist. Pericles, qui Atheniensium Rempublicam suo arbitrio egit, ac verfarit. Idem in Pericle. Cicero in Bruto. Demolhenes, quo loquente pacem, & bella Atheniensis populus suscepit, susceperat postquam, itcedera, cum regibus junxit, junda quoque dissolvit. Idem in Demolhene. Epaminondas Thebanus, qui cum in Græciæ concilio de Lacedæmoniorum tyrannide, ac libidine dominantium multa dixisset, ita Græcorum animos commovit, ut ad Lacedæmoniam decederent, & Leuctricæ calamitatis otiosos spectatores sese exhiberent. Probus in Epaminonda. Philippus, rex Macedoniæ, non minores res Oratione, quam prælio consecit, magis etiam sibi placuit, si quam verbis esset adeptus victoriam, quam si quos armis in suam potestatem redegerit, quod honorum partem sibi milites vindicare existimaret: illa ad suam unius laudem pertinere. Polæmus lib. 4. Cicero, qui proscripserunt liberis perferat, ut honoribus, ac fortunis carere, quam novum bellum intestinum excitare mallent: populum, quamvis famelicum, & esurientem, Eloquentia sua eo compulit, ut legem repudiaret: hoc est, alimenta sua abdicaret, Cætiliam urbe egerit, scquit, ut hostis Antonius declararetur. Plut. in Cicero.

In seditione porro quantum hæc ipsa Eloquentia proficit, D Poeta ostendit: Ac veluti magno in populo, cum sæpe coorta est Seditio: sevitique animis ignobile vulgus: Jamque facer, & saxa volans, furor arma ministrat: Tum pietate gravem, ac meritis, si foris Virum quem Conspexere, silent, arrectisque auribus astant. Ille regit didi animos, & pectora mulcet.

Probant: Memenius Agrippa, qui cum populus à patribus fecisset, quo tributum, & militiam toleraret, nec revocari posset: eum solus Oratione sua flexit, Livius l. 2. Dionys. l. 6. Plut. in Coriolano, Appianus l. 1. Plin. de Viris Illust. c. 18. Furus Camillus, qui populum Romanum, migrare Vejos volentem retinuit, atque ita, & oppidum civibus, & cives oppido reddidit: Oratione egregia, quæ reperitur apud Livium l. 5. Plinius cap. 23. M. Pompeius Lenas, qui Consul, plebis, contra patres seditionem concitatam cum auctoritate, tum

oratione sua sedavit. Cicero in Bruto P. Scipio, qui militum E seditionem ex diuturno partim otio, partim stipendiis non solutis ortam composuit. Livius l. 28. Polybius, l. 11. Alex. l. 2. Arriani Germanicus Casar, lib. 1. Cornelii Taciti, Otho, l. 16. apud eundem.

Itaque Eloquentia maximè Principi, ac Magistratu necessaria: modo caveatur istud primò, ne juvenilis sit, & luxurians oratio: deinde ad Theatrum, hoc est, pompam, ac ostentationem quandam conformata: tertio lucernam redolens, nimiumque diligens, ac sollicita, & exquisita: quarto ad laudem captandam accommodata, vel propter habitum, vel artem, vel dividendi scientiam, detur contra opera, ut in oratione appareant mores non ficti, sed aperti, ac ingenui: animi magnitudo, at vera, non simulata, & stulta dicendi libertas, verum prudens, & ex animo paterno profecta, non inimico, ac hostili: sapientia, & providentia, sed non temeraria, atque inanis, verum sollicita de civium, ac subditorum salute, & fortunis, gratia, atque persuasio idonea, sed in proposito bono, ac honesto: sententia, ac verba, cum gravitate conjuncta: nihil absurdum, ridiculum, ineptum, impii, monstrosum, alienum continentia. Plut. de gerenda Reipub.

Sed prolixitas in sententiis dicendis declinanda: studendum brevitas est: inter Senatoris iussa illa Cicero in libris de legibus recenset: ut vocatus comparet, dicat & loco, hoc est, rogatus, modò ne sit infinitus, quod minus dicendum. A. habet prolixitas in sententiis dicendis ostentationem ingenii, Eloquentia, & memorie: est molesta auditoribus, maximè iis, qui curis variis distracti, distentique tenentur. Plut. de gerenda Reipub. Hac, qui gaudent seipso loquendo, audiendo quod adferunt. Quemadmodum enim vasa vacua plurimum sonant: ita, qui minus docti, ac sapientes sunt: plurimum verborum profundunt, & verba multiplicanc, Eccl. c. 10. contra, ut gemma, sculptura, moneta, non magnitudine, sed vel arte, vel pondere æstimantur: ita Orationes non paginarum, & versuum multitudine, verum sententiarum bonitate, gravitate rerum ponderantur. Plut. de gerenda Reipub.

Interim ita brevitas studendum, ne inde obscuritas aliqua oriatur, omittantur necessaria, illud Ammiani Marcellini tenendum: tunc brevitas laudanda, cum moras intemptivas rumpens, nihil cognitionis iustorum subtrahat lib. 25. Et Poeta Philomoniis: Eum, qui nihil oportune dicit, longum existimat: licet duas tantum syllabas pronuntiat. At bene dicentem ne longum existimes, est permulta dixerit, & longo tempore. Simanca de Reipub. lib. 7. c. 12.

Hæc observata si fuerint in Eloquentia, plurimum, cum emolumentum, tum ornamentum Principibus, ac Magistratibus afferunt: nec obstant contra eandem allata ante, quæ fuerunt. Nam, ut mores dicentis persuadent, ita hæc simul ad rem necessaria Oratio est, nec Orator, nisi Vir bonus extiterit, hoc, tam augustò digno nomine, ac titulo est: ideoque Poeta primò pietate gravem, & meritis ponit, subjungit post: Ille regit didi animos, & pectora mulcet. Nec ad ostentationem composita Oratio probatur: veritate recedens. Contra abulum verò Eloquentie istud Aristoteli adhibendum: Commune illud omnibus bonorum generibus, & maxima præstantibus, sola Virtute accepta esse, ut iis plurimi abutantur. Arist. lib. 1. c. 1. Virupandum, quod Quintilianus asserit: Hoc modo nec Duces, nec Magistratus esse utiles posse, nec medicanam, nec ipsam sapientiam, si abusus usum tolleret. lib. 2. inst. cap. 17.

\* MAGISTRATUS LEGITIMI OFFICIA,

sive SYNOPSIS.

Eorum, quæ exiguntur ab illo, qui ad Magistratum sive Ecclesiasticum, sive Politicum est aditus, Scripturæ sanctæ exemplis, & auctoritate firmata.

Magistratus Officia.

I. Amplecti veram religionem, eam procurare, & promoveri. Exempla: Josue, Num. 27. v. 19. Jos. 3. v. 6. 7. Saul, 1. Reg. 10. 10. Reg. 12. 20. 21. David, 2. Reg. 6. 20. 21. Psal. 2. 10. 11. & 24. v. 6. 7. & 148. 11. 1. Reg. 2. 1. 3. 1. Par. 16. 12. Salomon, 3. Reg. 2. 22. 23. 24. & 9. 25. Ezechias, 4. Reg. 18. 3. 4. 5. 2. Par. 9. 25. 26. Josaphat, 17. 3. 4. 5. Josias, Reg. 1. v. 2. 3. 4. 2. Par. 33. 34. & 35. v. 2. & c. Cyrus, 36. 22. 1. Esd. 15. 23.

II. Abolere Idololatriam, Exempla: Afa, 1. Reg. 15. 12. 13. Jchu, 5. Reg. 10. 25. 26. & c. Ezechias, 18. 4. 5. Josias, 23. 4. 5. Rex, & Daniel, Dan. 4. 21. 22.

III. Curare, ut pura, & sincera doctrina Catholica tradatur, ac propagetur, Exempla: Rex Assyriorum, 4. Reg. 17. 26. 27. Josaphat, 2. Par. 17. 7. 8. & Nabuchodonosor, Dan. 3. v. 97. 98. 99. Darius, 6. 25. 26. Josias, 4. Reg. 23. v. 21. Ezechias, 2. Par. 30. 1.

IV. Impietate veram, & religione sana majorum exempla imitari, Exempla: Afa, 3. Reg. 15. 11. 12. Josaphat, 2. Par. 17. 3. 4. Ezechias, 4. Reg. 18. 3. 4. & c. 2. Par. 29. 2. Josias, 4. Reg. 22. v. 2.

V. Esse nutritium Ecclesiarum, & Scholarum. Exempla: Pharaon. Gen. 47. 58. Duces populi Israelitici, Num. 7. 1. 2. & c. Principes Israelitarum, 31. v. 49. 50. David, 1. Par. 20. & c. Principes familiarum, v. 6. 7. Hiram, 3. Reg. 5. 10. Salom. 2. Principes Israelitarum, & subditi ejus, 2. Par. 31. 8. 64. Afa, 1. Esd. 1. 6. 7. Dan. 4. 1. Darius, 6. 3. 4. Abdias domus regis Achab, dispensator, Reg. 18. 13. Abimelech, Jer. 38. 7. 8. 9. 10. Magi Matt. 2. 31. juxta illud, Isaia 49. 13.

VI. Exemplo pietatis, honestatis, & justitiae subditi præire. Exempla: Joseph. Gen. 47. v. 23. 24. David, 2. Reg. 6. 14. 11. Par. 18. 14. Saul, 2. Reg. 1. 24. Samuel, 1. Reg. 12. 2. 3. Salomon, 3. Reg. 10. 6. 7. 8. Josaphat, 2. Par. 19. 6. 7. Rex Ninivitarum, Jon. 3. 6. 7.

VII. Cæremoniis divinitus institutas una cum subditis banc observare, Exempla: Salomon, 3. Reg. 2. 26. 27. 33. Salomon, & omnis Israel, 6. 62. 63. 64. Rex Assyriorum, 4. Reg. 17. 27. 28. Ezechias, & populus Judaicus, 2. Par. 30. 1. 2. Ezechias, 31. 2.

VIII. De rebus agendis, & administrandis, os Domini consulere: Exempla: Josaphat consultit Eleazarum Num. 27. 20. 21. 11. Saul obtemperat Samuehi, 3. Reg. 10. 8. 9. David consultit Dominum, 23. 19. montis Cad obtemperat, 24. 18. Josaphat, & Achab consultunt Michzam, 3. Reg. 22. 5. 7. Rex Juda Israel, & Edom Eleisum, 4. Reg. 3. 11. Ezechias Isaiam 19. 2. Sedechias Jeremiam, Jerem. 38. 14.

IX. Subditos ad feriam penitentiam, & orationem edictis cohortari, Exempla: Josaphat: 2. Par. 20. 3. 4. 18. 19. 20. Ezech. 3. 6. 7. Rex Ninivitarum, Jon. 3. 6. 7.

X. Extruere, & reparare ædificia, in quibus verus Dei cultus tractetur, Exempla: David, 2. Reg. 7. 2. 5. Salomon, 3. Reg. 5. 4. 5. & 6. 2. Josias 4. Reg. 22. 3. 4. 5. Cyrus, 2. Par. 36. 22. Darius, 1. Esd. 6. v. 1. 2. 5.

XI. Viros pios, ac bonos ad gubernationem idoneos præfectos ordinare, & constituere, Exempla: Moyfes, Exod. 17. v. 21. 22. David, 2. Reg. 5. v. 14. 15. 16. 17. 18. & 10. v. 21. Salomon, 3. Reg. 2. 34. 35. & 4. v. 2. 3. & 11. 25. Josaphat, 2. Par. 19. 4. 5. 11. David, Psal. 10. 1. 4. 5. 6. 7.

XII. Prius cognoscere causam, quam sententiam ferre. Exempla: Israelita. Judic. 26. v. 3. & c. Josaph. 1. Par. 19. 20. Salomon, 3. Reg. 3. 23. 24.

XIII. Inire fœdus, & colere amicitiam, pacem, cum vicinis gubernationibus, Exempla: Abimelech cum Abraham, Gen. 21. 26. David cum Hacum, 1. Par. 19. 2. Salomon cum Hiram, 3. Reg. 5. v. 5. cum Pharaone 3. 12. cum vicinis Regibus 2. Par. 9. 23. 24.

XIV. Dimicare pro libertate, adversus seditiones, ac hostes publicos, Exempla: quinque Reges Sodomorum, Gen. 4. D. 8. Aod, Judic. 3. 28. Samgar, 31. Debora, & Barach. 4. 14. Gedeon, 7. 22. 23. Jephth, 11. 32. 33. Joab, 2. Reg. 10. 12. David, 20. 6. Ezechias, 4. Reg. 18. v. 7. 8.

XV. Supplicia de hostibus sumere, & innocentibus parcere, Exempla: Josue. Jos. 8. 26. Samuel, 1. Regum 15. 33. 34. Saul parci Cinæo, 6. Salomon, 3. Regum. 1. 25.

Ex scriptoribus profanis.

Est boni magistratus, commoda civium defendere, non divellere, atque omnes æquitates eadem continere. Cicero 2. Offic.

Est proprium munus magistratus, intelligere, se gerere personam civitatis, debereque ejus dignitatem, & decus sustinere, servare leges, jura describere, & ea fidei suæ commissa meminisse, 1. Officiorum.

Hi, qui Rempublicam tuebuntur, imprimis operam dabunt, ut juris, & judiciorum æquitatem suam quisque teneat: ut neque tenuiores propter imbecillitatem circumveniuntur: neque locupletibus ad sua, vel suenda, vel recuperanda, obstit, invidia. Ideus 2. Offic.

Imprimis videndum est, ei, qui Rempublicam administrabit, ut L. B. Theat. vit. Hum. Tom. V.

suum quisque teneat, & earum rerum sit copia, quæ sunt necessaria. Cic. 2. Offic.

Magistratus, nec obediendem, & noxium civem multa, vinculis, verberibusque coercent, ni pars majorve potestas, popululve prohibeat. Idem serm. 3. de leg.

Qui Reip. præfunt, legum similes sint, quæ ad puniendum non iracundia, sed æquitate dicuntur. 1.

Munus eorum esse debet, resistere, & levitati multitudinis, & perditorum temeritati. Idem de Milone.

Est ei, cui Respublica commissa est, necessaria oratio, & sapientia, qua regat populos, qua stabiliat leges, qua castiget improbos, qua tueatur bonos, qua laudet claros viros, qua præcepta laudis salutis aptè ad persuadendum edat suis civibus, qua hortari ad decus, revocare à flagitio consolari possit afflictos, factaque, & consultata fortium, & sapientum, cum improborum ignominia sempiternis monumentis prodece. Plerumque tamen ad honores adipiscendos, & ad Rempublicam gerendam nudi veniunt, & inermes, nulla cogitatione rerum, nulla scienti ornatia, 1. de Legib.

Hominibus rempublicam tractantibus pato valde necessariam esse præteritarum rerum cognitionem, ut in similibus casibus exempla in promptu habeant, quæ sequantur, Dionysius Halicarnassensis l. 5.

Iis qui de reip. consultant, omnia quæ verisimiliter acciderere possunt, sunt prospicienda. Idem lib. 7.

Viris civilia negotia tractantibus quemadmodum ceteris hominibus illud commune est, ut omnium eorum, quæ rebus ad hærent contemplatione plurimissima delecentur. Idem l. 11.

Prædictum Rebuspub. stantem mori oportet. Disting. Turbanis viri eximia virtute præditi. Dion. in Adriano.

Boni malique in Republica nihil est, quod in diversum traduci nequeat moribus præfidentium. Aurel. Vrb. lib. de Cæsar.

Moderatores omnium errare minus fas est. Idem ibid.

Omnino ab hominibus honoris iis debetur, & quos honore Deus dignatus est. Cedren. hist. compend. pag. 462.

Eos, qui in publica rerum administratione versantur, intueri hæc diligenter, & exactissimo quibus examine decet, ne eos lateat animus illorum, cum quibus vel junguntur federe, vel pace conciliantur, quando id cedentes temporis faciant, quando non animo ulterius sciendi, quo ab iis quidem, qui opportunitatem male faciendi præstolantur, canere affidue possint: iis verò, quod bene subfectos imperio suo, vel veros amicos norint, quandoque securè, ac fideliter utantur. Polyb. l. 2.

Ferrum neque Rempublicam gerens, neque medicus adhibere nisi extrema postulant necessitate: utrumque enim imperitæ est, & in Republica iniustitia, & crudelitas ac cum imperitiam accedunt. Plut. in comparat. Agidis, & Cleomenis cum Tib. & C. Graccho.

Oportet eum, qui Rempublicam gerit, varia consilia agitare, ac perspicere qua potissimum ratione una quælibet res facillimè possit expediri: itaque sæpè ille parte aliqua dimissa, totam rei summam conservat, partemque cedens majora consequitur. Plut. in comparat. Solonis, & Publicole.

Duo extrema vitanda Magistratui, ne vel aliena pluris faciant de seipso judicia, & sermones: vel eadem profus contemnant. Regium est quidem male audire, cum bene feceris, ut dicebat Alexander: & ignavia criminationem Fabius repellebat, pugna declinans periculum, cum diceret: Esiem ego vere formidolosus, si levium veritatis obestrationem, & meorum concilliorum ratione discederem.

At Moyfes non est dignatus hominis Gentilis reprehensionem, atque concilium. Exod. 18. Jethro scilicet fecerit suis, & alienigenæ, nemo enim est bonus Doctor, qui non sit docilis, inquit S. Cyprianus.

Cajetanus expendens verba, quæ ad Moyfen Jethro dixit Exod. 18. proinde elige tibi viros potentes de omni plebe, in quibus sit veritas; quatuor dotes in Magistratu requirit: Magnanimitatem, Immorem Dei, Sapientiam, Abstemiam à muneribus. De polteriori. Vide Munerum corruptela, Loco de Munere.